

Caspar Mauritius

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Casparus Mauritius Theol. D.
P. P. & Superint. Ad Exequias Quas Matronae ... Mariae Mützings/ Moestissimus
Viduus Vir ... Dn. M. Ulricus Amsel, ad D. Mariae Cantor ... Hodie ... parat Omnes
omnium ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77049272X>

Druck Freier  Zugang



Mauritius, C.,

in

M. M ü t z i n g.

Rostock, 1656.

8.







Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn77049272X/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77049272X/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA
 Quo
 RECTOR UNIVERSITATIS
 ROSTOCHIENSIS
CASPARUS MAURITIUS
 Theol. D. P. P. & Superint.

Ad Exequias

Quas
Matrona laudatissima

MARIAE Mügings /

Moeſtissimus Viduus

Vir Clarissimus

DN. M. ULRICUS AMSEL,
 ad D. Mariae Cantor

meritissimus

Hodiè hora prima in Æde Nicolaitana
 parat

Omnes omnium ordinum Cives Academi-
 cos ea, qua par est, diligenter invitat.

• 6 (o)



ROSTOCHII, Typis Haredum NICOLAI KILI
 Acad. Typogr. Anno 1656.

Redit per DEI gratiam tempus, quo memoria recolitur Dominici adventus. De primo Christi adventu nuper audivimus, & humilitatem procedentis mirati sumus, non in curribus & in equis, nec in frænis argenteis aut sellis auro tectis, sed humiliis aselli tergo sedentis. De secundo proximè acturi, DEO volente, sumus. Utriusq; meditatio ad pietatem stimulus & contra quasvis ærumnas salutare pharmacum est. Qui persuasus est, Christum venisse pauperem., justum, Salvatorem, non in caducis hujus mundi bonis proram felicitatis puppimq; constituet, non in iustitiae ministerio ornatam iustitia Messiae animam addicet, non in vitiorum & damnationis æternæ barathrum se præcipitabit, unde beneficio OPTIMI MAXIMI SALVATORIS est potenter extractus. Qui credit, venturum ad Judicium Regem Messiam, & eo quidem tempore venturum, quo minimè de ejus adventu cogitat immersus profundo somno mundus, semper ad excipiendum tantum Regem se præparabit, memor illius Hieronymi Comment. in Matth. Sive comedam, sive bibam, sive aliquid aliud faciam, Semper vox illa videtur sonare in auribus meis: Surgite mortui Et venite ad judicium. Quoties diem judicii cogito, toties corpore Et corde contremisco. Si qua præsentis viæ est latitia, ita agenda est, ut nunquam amaritudo futuri judicii recedat à memoria. Rursus non angetur animo ob peccata & hujus vitæ ærumnas, qui si fide amplectitur Messiam

Messiam propter nos pauperes pauperem factum, ut
ipsius divinissimis & nunquam desituri thesauris di-
ticeremus; pœnas peccatis nostris debitas pertulisse,
exactissimam Legi divinæ obedientiam præsticisse, ut
nos ipsius satisfactione & merito justi constituere-
mur; à DEO desertum & omni auxilio destitutum, ut
opiculari nobis potentib[us] brachio & omnis generis ad-
versitates propulsare atq[ue] arcere à nostris cervicibus
posset; deniq[ue] rediturum ad judicium, ut plenè devi-
ctis prostratisq[ue] omnibus hostibus peccato, Satana,
morte, gehenna, mundo æternos cum Ipsi triumphos
agamus. Absq[ue] hac spe esset, miserrimi mortalium,
quos quidem terra fert, essemus. Terram incolunt
Pagani, Muhammedani, Epicuræi, Christiani. Mi-
nima eq[ue] infeliciSSima portio nos sumus Christiani, si
cum aliis conferamur. Quæ sit proportio partium
terræ, in quibus vivunt Pagani, Muhammedani &
Christiani, si quis scire desiderat, adeat Brerewodi
Scrutinium religionum. Verba ejus capite quinto hæc
sunt : *Quod si notum orbem in triginta aquales partes di-
viserimus, Christianorum pars habebit se tanquam quinq[ue],
Muhammedanorum tanquam sex, Idololatrarum (Paga-
norum) ut novendecim. Dispersiones per Africam & Asiam
Christianos non traho ad numerum, tum quod exiguus sit
corum numerus, si cum Muhammedanis & paganis illa-
rum partium, sub q[uo]rum dominio gemunt, conferantur;
tum quod plurimi Muhammedani inter Christianos in Eu-
ropa inveniantur, quos etiam in rationem venire nolui.*

A 3

Et

ET præsupposito, Europam, Africam, Asiam, Americanam,
babere se in vicem tanquam unum, tria, quatuor, septem, in-
venimus, Christianos possidere terræ habitatae partem circi-
ter sextam, Mohammedanos quintam, Paganos duas
tertias. Quod si continens Australis seu Antarcticus
eius est amplitudinis, ut nostro continenti respondeat, neces-
sario sequetur, Paganos reliquas religiones infinitis modis su-
perare. Hæc ille. Quantula ergo terræ portio su-
mus Christiani? Quantulus est grex Christianorum.
verorum, si Hypocretæ & Epicuræi, qui Christiano-
rum miscentur cœribus, demantur? Neq; tantum ter-
rarum aspectu despreti sumus, verum etiam calamita-
tum. Pagani, Mohammedani, Epicuræi mundi ami-
citia florent, nec peccatorum serio sensu tanguntur,
non odia, exilia, martyria religionis causa sustinent.
At veri Christiani mundi ~~negligunt~~ ~~neg~~ repu-
tantur. Non tamen animis vincuntur, sed spe futuræ
felicitatis, quam repræsentabit secundus Domini ad-
ventus, afflictiones quascunq; superant, & illud piè
cogitant: Non si malè nunc, & olim sicerit. Hæc con-
solatio in mediis hujus vitæ angoribus doloribusq; su-
stentavit piè defunctam, ad cujus exequias vos, Aca-
demici Cives, nunc invitamus. Sustinuit illa mor-
bum diuturnum, validè eam exercuerunt sympto-
matum hostiles insultus. Cæterum omnes fregit hostes
defixa in gloriosum Christi redditum cogitatio, quam
præclarè Bernhardus expressit, *Quanta, inquiens,*
erit illa gloria, quam ineffabilis exultatio, quando creator

Univer-

Universitatis, qui pro animabus sanctificandis humilis ante venerat & occultus, pro te glorificanda, o misera caro, sublimis veniet & manifestus, non jam in infirmitate, sed in gloria & maiestate tua & tunc implebuntur desideria nostra, & plena erit maiestate omnis terra.. Nata est Gustrovii Anno tertio supra millesimum sextentesimum, Patre Viro primariæ dignationis Marco Muzing Hasso, Cive Cerevisario & Negotiatore Gustroviensi; Matre Fœmina ornatissima Anna Bermöllen, ex antiqua familia der Bermöllen oriunda: & quia juxta nobiscum omnibus originaria late infecta nata est, per baptismi lavacrum regenita atq; à peccati sordibus purgata & abluta est. In piissimorum parentum sinu adolevit, & virtutes, quæ sexum fœmineum ornant, pietatem & pudicitiam, quæ ipsam postea conspicuam reddiderunt, à teneris fideliter addicit, Postquam vigesimum ætatis annum attigit, felici matrimonio juncta est Viro integerrimo Andreæ Ratten, Civi Gustroviensi, & Amplissimi ejus Civitatis Senatus Molendinorum Inspectori. In hoc conjugio mater divina benedictione facta est Filiolæ Elisabethæ, quam Anno M. DC. XXXIX. grassantis pestis sævitia sustulit, Præcesserat Pater, postquam hoc conjugium svavi piaq; conjugum concordia durasset. Expleto viduitatis anno, cum res œconomicæ maritum flagitarent, denuo ad matrimonium animum appulit, & chori socium elegit, Virum Eximum & Clarissimum Dn. M. Ulricum Amselium, tunc temporis Scholæ Gustroviensis,

A 3

nunc

nunc Rostochiensis Collegam & ad D. Mariæ Cantorem meritissimum, Amicum pl. colendum. Consummatum hoc matrimonium est Anno M. DC. XXIX. duodecimo Februarii die, & viginti novem annos de multis mensibus duobus laudanda pietate conjugum & concordia duravit. Felix & fœcundum fuit gemina prole, altera virilis, altera muliebris sexus. Filium peperit Ulricum, nunc J.U. Cand. & Amplissimi Senatus Rostochiensis electum Fiscalem & superioris Judicij Procuratorem dignissimum, qui Matri desideratissimæ supremum officium lugens præstat. Secuta est Filia Maria, quæ, postquam domicilium mutassent Parentes & propter bellicas tempestates Rostochium concesſissent (quod factum est anno M. DC. XXII) peste correpta, Anno M. DC. XXXIX. extincta & in templo Nicolaitano una cum sorore uterina humata est. Ex eo tempore valetudine satis prospera usq; est, donec superioris anni mense Julio gravi morbo corriperetur, qui quidem per industriam Dnn. Medicorum reprimi non nihil, non tamen opprimit potuit. Subinde enim resumitis viribus maxima molestia piè defunctam afficiebat. Nempe sic solet beare amicos divina clementia. Ego, inquit Filius DEI, quos amo castigo. Piis lacrimæ sunt cibo interdiu & noctu. MUL. TIS afflictionibus exercentur animæ DEO placentes. Aurum argentum & lapides pretiosi igni probantur. Probantur & pii, non ut igni tribulationum consumantur sed ut puriores reddantur. Miramur Se necam

necam natura duce & magistra lib. Cur bonis viris
mala fiant, sic scribentem. Opus est ad notitiam sui ex-
perimento, quid quisq; posset, nisitentando non didicit. Gu-
bernatorem in tempestate, in acie militem intelligas. Unde
possum scire, quantum adversum paupertatem tibi animi
sit, si divitiis disfluis? Unde possum scire, quantum adver-
sum ignominiam & infamiam odiumq; populare constantiae
habeas, si inter plausus senectis, sitc inexpugnabilis & incli-
natione quadam mentium pronus favor sequitur? Unde
scis quam aquo animo laturn sis orbitatem, si, quos cunq; su-
stulisti, vides? Audivitc cum alios consolareris: tunc con-
spexissem, sitc ipse consolatus essem, si te ipse dolore vetuis-
ses. Ad suspicionem vulneris tyro pallescit: audaciter
veteranus cruentum suum spectat, qui scit se sèpè viciisse post
sanguinem. Hositaq; DEUS, quos probat, quos amat,
recognoscit, exercet: eos autem, quibus indulgere videtur,
quibus parcere, molles venturis malis servat. Quare Deus
optimumq; quemq; aut mala valetudine aut luctu afficit?
Quare in castris quoq; periculosa fortissimis imperantur?
Dux lectissimos mittit, qui nocturnos hostes aggrediantur
insidiis, aut explorent iter aut praesidium loco dejiciant. Ne-
mo eorum, qui excunt, dicit: Male de me Imperator meruit,
sed bene judicavit. Idem dicant: quicunq; jubentur pati. Quid
mirum, si dure generosos spiritus Deus tentat: Nunquam
virtutis molle documentum est. Quid miraris bonos viros
ut confirmenur, concuti? Non est arbor solida, nec fortis,
nisi in quam frequens ventus incurvat: ipsa enim vexatione
constringitur, & radicem certius figit: fragiles sunt, que
in aprica

in aprica velle creverunt. Pro ipsis ergo' bonis viris est, ut
esse interriri possint, multum inter formidolosa versari, &
aquo animo ferre, que non sunt mala, nisi male justinenti.
Sed ad Amseliam redeamus. Indulseré morbi vicisitu-
dines tantū temporis spatiū, ut potuerit divina adsi-
stentia gratia elapso Julio sacris in æde Mariana interessc
& accipere corporis & sanguinis Dominicī Sacramen-
tum. Sed mox tediit morbus majore impetu, ut lectulo
affixa sacra communione uti necessum habuerit, &
Feria prima adventus sic omnes prostravit vires, ut ho-
ra XI. vespertina placide obdormiret & in vera invo-
catione Domini animam Salvatori suo redderet. Cor-
pus exspectat resurrectionem, & nobiscum suspirat:
Etiam Veni Domine Jesu. Hæc avulsio optatisimæ
conjugis in magnum luctum Dn. Viduum conjecit.
Minuet luctum recordatio adventus Domini & beata
spes restitutionis omnium. Liberata est piè defuncta
omnibus malis, quæ hic eam exercitam habuerunt.
Hic seminavit cum lacrimis, illic cum jubilatione metit
& manipulos suos portat. A vobis autem, omnium
ordinum Cives Academici, studiose contendimus, ut
~~supradicta~~ luctus hujus partem in vos transferatis, & quia
hodiè corpus terræ concredendum est, funus vestra
præsentia condecoreris, simul utramq; Rempublicam
DEO commendetis & horæ decretoriæ semper memo-
res vivatis P. P. sub Sigillo Rectoratus IV. De-
cemb. Anni M. DC. LVI.
Conventus fiet hora prima in Æde Mariana.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn77049272X/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77049272X/phys_0013)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77049272X/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77049272X/phys_0016)

DFG

necam natura duce & magis
 mala fiant, sic scribentem. C
 perimento, quid quisq; posset, nisi
 gubernatorem in tempestate, in acie
 possum scire, quantum adversum
 sit, si divitiis difflois? Unde possa
 sum ignoriniam & infamiam od
 habeas, si inter plausus senectis,
 si
 natione quadam mentium pronus
 sis quam aquo animo latus sis o
 stulisti, vides? Audivite cum at
 spexissem, sicut ipse consolatus esse
 sis. Ad suspicionem vulneris
 veteranus cruentum suum spectat,
 sanguinem. Hositaq; DEUS,
 recognoscit, exercet: eos autem,
 quibus parcere, molles venturis m
 optimumq; quemq; aut mala vale
 Quare in castris quoq; periculosa
 Dux lectissimos mittit, qui noctu
 insidiis, aut explorent iter aut pri
 mo eorum, qui excunt, dicit: Ma
 sed bene judicavit. Idem dicant qu
 mirum, si durè generosos spiritus
 virtutis molle documentum est.
 ut confirmetur, concuti? Non ei
 nisi in quam frequens ventus incu
 constringitur, & radicem certius



the scale towards document

r bonis viris
 notitiam sui ex
 on didicit. Gu
 telligas. Unde
 em tibi animi
 tantum adver
 lare constantie
 nabilis & incl
 uitur? Unde
 si, quoscunq; su
 eris: tunc con
 dolore vetuis
 it: audaciter
 sepe viciisse post
 it, quos amat,
 algere videtur,
 Quare Deus
 & luctu afficit?
 imperantur?
 aggrediantur
 & dejiciant, Ne
 operator meruit,
 ntur pati. Quid
 sit: Nunquam
 viris bonos viros
 da, nec fortis,
 vim vexatione
 illes sunt, que
 in aprica